



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

In Genesin Enarratio

Chyträus, David

Vitebergæ

VD16 C 2625

III. Historia de lapsu Nohæ in postrema parte capitis, Decem Locos
continet, quos ibi euoluam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36126

co, unde fit iusta reflexio radiorum ad uisum, in
to uero loco alibi cernitur.

Hinc etiam, cur Iris arcus figura appareat,
telligi potest. Nam radij Solis in superficiem
incidentes, & ad æquales angulos reflexi circa
ferentiam circuli describunt, cuius centrum
in lineam ex centro Solis per centrum nostrum
productam.

Colorum in Iride uarietas à partium nobilitate
ride raritate, densitate, & diuersa positione
ri existimatur. Vt enim Radij Solares per uiam
rubrum uel flauum transeuntes, lumen rubrum
flauum deferunt, Sic radij Solares in nubem
dam inæqualiter dispositam incidentes, reflexi
uersos colores nobis ostendunt, ex quibus præcipue
sunt isti tres, puniceus, uiridis, flauus, ex quorum
mixtione plures alij oriuntur. Sed totam hanc
tationem de Iride ex Aristotelis loco citato, in
Physicis libellis petat, qui uolet.

IIII.

NOHA VIR AGRICOLA plantauit Vineam.

Multiplicem doctrinam hæc postrema Narratio
pitis Narratio continet, quam in Decem Locis
stribuemus.

PRIMVS. Vicia & lapsus sanctorum Patrum Nohe & aliorum in historijs sacris ideo considerandi sunt, ut ex his exemplis de nature nostræ infirmitate commones facti, emendemus securitatem nostram, & deponamus fiduciam nostri, discamus timere Deum, & petere auxilium ac gubernationem diuinam, ut dicitur; Sine me nihil potestis facere.

SECUNDVS. Discrimina peccatorum Venialium & Mortalium, seu regnantis & non dominantis, quod supra recitatum est. Cham contra conscientiam seu ἐν προαίρεσις consulto & cogitato deridet patrem. Noha non habet προαίρεσις delinquendi, sed ut sepe nolentibus aut ignorantibus quædam offensiones accidunt, Sic ipse quadam humana imbecillitate peccauit, aliquanto largius bibens uinum, genus potionis tunc nouum & inusitatum, quod ideo Deus Seni ostendit, ut in senectute naturam infirmam diuturnitate laborum, curis & molestijs confectam, rigatione suauis & bene nutriente potu reficeret & confirmaret. Ut Solon dixit: Senes duabus rebus præcipuè delectari, Bono uino, & suauis colloquio Doctorum. Et post uerbum Dei & bonam conscientiam, uinum præcipuam uim exhilarandi animos habet.

TERTIVS. Exempla pietatis erga parentes & ἠσôπυιας obseruentur. Pietas est uirtus quæ parentibus,

rentibus, & cognatis tribuit debitum honorem
amorem, ut dicitur: Honora patrem & matrem.
Complectitur autem Honor hæc tria.

I. Reuerentiam, quæ est agnoscere quod paren-
tes diuinitus sint instituti & adprobati, & prop-
rea se eis subijcere, & uera beneuolentia pro-
Deum eos complecti.

II. Obedientiam externam.

III. *Ἐπιεικεία*, quæ in tanta infirmitate hu-
na quosdam neuos & leues offensiones parentum
condonat, & honesta animi moderatione tolerat,
cum parentes sunt morosiores, attentiores ad
suspicientes, iracundi, minus temperantes quam opo-
tebat &c. De hac imbecillitatum condonatione
emplum duorum filiorum Nohe, Sem & Iaphet
hoc in loco admonet.

QUARTVS. Nohe significat omnes peccato-
res præcipuè ministros Euangelij, qui etsi debent
ἀνεγκλιτοι, id est, expertes criminum, tamen
quasdam infirmitates, ut ceteri habent, quas
audientes & hypocritæ odiosè amplificanti-
aggerant, cum potius sua æquitate eas tegere
uirtute sanare deberent.

QUINTVS. Doctrina de Temperantia
Sobrietate in cibo & potu hoc loco cogitatur,
omnibus necessaria, & multarum uirtutum

est, ideoq; ὄψοσιών, hoc est, custos sapientie dicitur. Cum enim temperamentum cerebri, diuinitus conditur ad cogitationem de rebus diuinis, quassatur densis & turbidis fumis à crudelitate, intemperantiam sequente ortis, extinguatur lux & agnitio Dei, impeditur & languescit intentio mentis in Inuocatione, intermittuntur necessarij labores, accersuntur morbi, & temperamento cerebri corrupto, sequuntur deliria & furores etiam in ieiunijs. Ut igitur mens intenta esse possit in cogitatione de Deo, in precatione, in doctrinarum studijs, in regendis moribus, temperantia colenda est, & fugienda Ebrietas, cuius erudita & splendida uituperatio in I. Tomo Declamationum Philippi extat.

SEXTVS. De Verecundia hoc in loco dici potest, quæ in genere est uirtus, qua uerentes nostra & aliorum rectè iudicantium iudicia, coercemus omnes cupiditates, & in gestu et habitu non discedimus à naturæ, personarum & locorum ordine, & occultamus eas corporis partes, quas natura abdidit atq; contexit. Intuentes igitur hoc exemplum filiorum Nohe, & alia Dei mandata, execremur furores Cynicorum, qui & uerecundiam in gestu corporis externo ac in loquendo, & in genere honesta ac turpia, non sua natura, sed opinione talia esse disputant.

SEPTIMVS. De Maledictione Cham teneamus

mus duplicem esse maledictionem. Aliam spiritua-
lem, qua ira Dei & poenae aeternae delinquentibus
denunciantur, ut Deut. 27. dicitur, Maledictus om-
nis, qui non permanet in omnibus quae scripta sunt
Lege. Aliam corporalem. Etsi autem utraq; maledic-
tione Cham à patre feritur, tamen praesentes pro-
certo Dei consilio differuntur.

OCTAVVS. De Seruitute ac Liberate cor-
porali ac spiritali hoc in loco dici posset, de quo
infra cap. 21. Exod. agemus.

NONVS. Promissio benedicti Seminis ad
miliam Sem transfertur hac uoce: Benedictus
minus Deus Sem, hoc est, Messias, qui est Deus ben-
dictus in secula nascetur ex posteritate Sem, & in-
nabit Ecclesiam benedictione spiritali, ut Ephes.
dicitur.

DECIMVS. Collectio Ecclesiae ex Iudeis
Gentibus dulcissime significata est hac uoce: Iaphet
Elohim le Iaphet, id est, Dilatet Deus Iaphet, & in-
bitet in Tabernaculis Sem. Nam Gentes ex post-
tate Iaphet ortae, sunt uelut Oleaster insitus in
am & participes fiunt promissionis & beneficia-
rum Christi, & recipiuntur in Tabernaculum
ex quo Christus ipse & Ecclesia Iudaica, ad qua
Lex, Promissio & omnia Christi beneficia pro-
pue pertinent, oritura erat. Ad hunc Genesim
cum alludit Ephes. 2. Proinde non amplius estis
Iudei

spites et peregrini, sed conciuēs Sanctorum, & domestici Dei (recepti in domum seu Tabernaculum Sem seu ueræ Ecclesiæ Dei) edificati super fundamentum Prophetarum & Apostolorum.

Vixit Noe trecentis quinquaginta annis post Diluuium) uidelicet cum omnibus posteris suis usq; ad 58 annum Abrahæ, qui fuit 42 annus ante natum Isaac.

CAPVT DE CIMVM.

Genealogia filiorum Nohæ quæ in hoc Capite Decimo recitatur, etsi ociosam nominum multitudinem continere uidetur: tamen grauissimam doctrinam simul complectitur, & multis de causis Ecclesiæ necessaria est.

1. Vt sciat Ecclesia, per quos uiros & quibus testimonijs, doctrina cœlestis, ad nos inde usq; ab initio generis humani propagata sit.

2. Origines gentium & Regionum terræ ac gentium distributiones & stirpes primæ in hoc Capite describuntur. Quas cognoscere non modo iucundissimum est bonis mentibus, uerum etiam utile ac necessarium ad lectionem omnium historiarum.

3. Hoc Caput describens origines & propagationes gentium, illustre testimonium est hanc solam doctrinam